



# Disputatio juridica inauguralis de Senatusconsulto Vellejano

<https://hdl.handle.net/1874/345792>

51.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A  
I N A U G U R A L Y S,

Senatus consulto Vellejano,

F A V E N T E D E O Q U A M ,  
M A X .

*Ex Autoritate Magnifici D. Rectoris,*

M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiæ Doctoris , & Linguae Sanctæ in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii ,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicci consensu , & Nobilissima Facultatis*

*JURIDICÆ Decretò ,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis ,

*Eruditorum examini subjicit*

DANIEL VAN LIEBERGEN , AMSTEL. BATAV.

*A. D. XII. MARTII , hora locoque solitis.*



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA , Academiac  
Typographi , c l c x c i v .

*Spectatissimo, Consultissimoque VIRO,*

*D. DANIELI van LIEBERGEN,*

*QD. D. Solertissimo, Subtilissimo, Patriarchi, &  
Tutori quondam suo Fidelissimo, de se suisque Stu-  
diis permultum merito, in æternum Colendo.*

*N E C Y N O N*

*Clarissimo, Doctissimo, & admodum Re-  
rendo VIRO,*

*D. JACOBO TRIGLANDIO,*

*S.S. Theol. Doctori, ejusdemque facultatis in Illu-  
stri Academia Lugduno Batava Professori Celeber-  
rimo, Verbique Divini ibidem in Ecclesia Praæconi  
Fidelissimo, Facundissimo, Consobrino admodum  
Honorando,*

*Gravissimo, Prudentissimoque VIRO,*

*D. REGNERO STAPEL,*

*In Foro Amstelodamensi Pragmatico Celeberrimo,  
Procuratori Disertissimo & Integerrimo, Patrono,  
& Studiorum suo Fautori ac Promotori, perpe-  
tuum Venerando, omnibusque Grati animi officiis  
Prosequendo.*

*Hanc Disputationem debita Reverentia, ac Submissione*

*D. D. D.*

*DANIEL VAN LIEBERGEN,*

*Academici FLANDRIENSIS HALLAMÆ, AUG. 1790.*

*TYPGRAPHIÆ CLERICALIAE*

D I S P U T A T I O J U R I D I C A

I M A U G U R A L D S  
cetero temporis A. d. 1. ag. 1.  
p. Vixit annorum p. c. temporis Tiberii, ab embrio ab  
dote Aegaeum i. q. m. ut consule x. a. curia h. A.  
anno. V. adorata sicut postea post 2. annos  
menses. Auctoritate sive de iurisdictione et  
statu. V. adorata sicut postea post 2. annos  
menses. A. d. 1. ag. 1.

Senatusconsulto Vellejano.

T H E S I S I

**A**uspicaturus pro more Academico,  
disputationem de SCto Vellejano,  
dicendum arbitror cum Gajo JCto,  
in l. 1. ff. de Q. 7. inconveniens esse,  
omissis initis, atque origine non re-  
petita, & illatis, ut ita inquit, ma-  
nibus, protinus materiam interpre-  
tationis tractare. Quam ob causam  
non incongruum fore arbitror, in  
originem SCti paucis inquirere. Cum enim moribus po-  
puli Romani verecundiae muliebri parum videretur con-  
gruere, si mulieres susciperent defensiones alienas, l. 18.  
*C. de procurat.* & virilibus fungerentur officiis, alienisque  
causis se immiscerent l. 1. §. 5. ff. de Postul. Quippe quas con-  
ditio naturae, & verecundiae Stola, ut in foro & judiciis  
taceant, cohibere debet. *Kaler. Max. lib. 8. cap. 3.* omnia  
que officia, tam publica, quam privata, usdem eslen-  
adempta. l. 2. ff. de Reg. f. idque partim ob sexus imbecil-  
litatem, partim ob inconsideratam facilitatem l. 1. §. 1. l.  
2. §. 2. b. 1. consentaneum quoque fuit constituere, ne mu-  
lieres pro aliis intercederent, & si de facto intercesse-  
rint, ne in eisdem detur actio. Qua de re in iug. tem-  
poribus Augusti, mox Claudi, Edictis, *Ne femme pre  
vire suis intercederent l. 2. ff. b. 1.* postea SCto Vellejano plenissime cautum est, *Ne pro alio femme intercederent l. 1.  
pr. l. 2. §. 1. b. 1. l. 2. pr. de Reg. f.* Quando autem hoc  
SCtum latum fit, certo non constat, fert tamen conjectura.

circa tempora Cassii Longini factum esse. Arg. l. 16. §. 1.  
b.t. Vixit autem hic temporibus Tiberii, ad tempora usque Vespasiani Imp. ut constat ex l. 2. circ. fin. ff. de orig. juris. Vocatur autem hoc SCtum passim in jure Senatusconsultum Vellejanum; idque a Vellejo Tutor, qui cum Marco Silano de Intercessionibus foeminarum verba ad Senatum fecit. l. 2. §. 1. b.t. Et videntur hi duo Consules suspecti fuisse, propterea quod eorum nomina in Fastis consularibus non legantur. Appellatur quoque Senatusconsultum de intercessionibus foeminarum, l. 15. 29. §. 1. b.t. l. 2. l. 10. l. 19. b.t. l. 10. ff. de Condit. ind. Exceptio intercessionis l. 7. §. 1. ff. de except. Senatusconsultum, & decretum patrum. l. 13. l. 19. C.b.t. amplissimi ordinis beneficium. d.l. 10. C.b.t. obligationis alienæ recusatio. l. 15. f.b.t. & generaliter beneficium in l. 24. §. 2. b.t.

## II.

Hisce itaque breviter præmissis, verba hujus SCti, quæ Ulpianus JCtus in l. 2. §. 1. ff. b.t. nobis exhibet, hic inscrere non abs re erit. Sic sese habent; *Quod Marcus Silanus, & Velleius Tutor, Consules, verba fecerunt de Obligationibus foeminarum, qua pro aliis rea fierent, quid de ea re fieri oportet, de ea re ita consulerunt: quod ad fidejussiones & mulier dationes pro aliis, quibus intercesserint foemina, pertinet, tamen ante videtur ita jus dictum esse, ne eo nomine ab his petitio, neve in eas actio detur, cum eas virilibus officiis funga, ejus generis obligationibus obstringi non sit aequum, arbitrari Senatum, recte atque ordine facturos, ad quos de ea re in jure admittum erit, se dederint operam, ut in ea re Senatus voluntas servetur.* Facile ex supra dictis colligi potest, primo hoc SCtum vereare, ne mulieres intercedant. Secundo loco, si contra factum sit, auxilium tribuit adversus intercessionem. Postremo ex sententia SCti concludi potest, huic quidem auxilio plerumque, non tamen semper, locum esse: de quibus dicemus ordine. Primo

## III.

Primo ergo vetat hoc SCrum. *Ne mulieres pro aliis intercedant l. 2. §. 1. b.t.* Subjectum igitur prohibitionis hujus Senatusconsulti sunt *Mulieres*; & pertinet ad omnes, cujuscunque conditionis, sive viduae, sive maritatae, sive caelibes, nihil interest; quia leges generaliter loquuntur, & semper specialia generalibus insunt. *l. 147. ff. de Reg. f.* an vero foeminae illustres excipiuntur ab hoc SCto? vi debimus infra.

## IV.

*Objectum hujus SCti versatur circa Intercessiones.* & dicitur, ne mulieres pro aliis intercedant. Verbum autem intercedere admittit varias Significationes, uti passim constat. *vid. Gel. lib. 13. c. 12.* *vid. l. fin. ff. fam. erciso. l. 7. §. 1. ff. sol. matrim.* Hoc loco nihil aliud denotat, quam alienas obligationes in se suscipere *l. 2. §. 4. & 5. ff. b.t.* Idque ad omnes omnino obligationes pertinet. *l. 3. l. 8. l. 18. C. b. t.*

*Ut igitur mulier intercedere dicatur, utque juvetur Senatusconsulto, duo necessaria sunt: unum, ut se obliget; alterum, ut se pro alio obliget: utrumque hic concurrere oportet. Non enim dicitur intercedere pro alio, nisi se obligat: adeo ut mulieri pro alio solventi, quod debetur circa intercessionem, non succurratur Senatusconsulto Vellejano, l. 1. in fin. & l. 4. b.t. aliud enim est solvere; aliud intercedere: licet solvendo conditionem suam mulier faciat deteriorem; ei tamen, non solventi, neque donanti, sed obligatae Senatus succurrere voluit.*

## DISPUTATIO JURIDICA

Facilius enim mulier se obligat, quam alicui donat, l. 4.  
ff. b. t. Attamen si præcedente obligatione, quam SCtum  
de intercessionibus efficacem esse non sinit, solutionem fe-  
cerit, ejus SCti beneficio munitam seigorans, locum  
habet repetitio l. 9. C. b. t. uti infra latius dicemus.

Dico, si se pro alio obliget, nam ex promissione suo no-  
mine facta, non minus mulier convenitur, quam vir,  
cum cautius se gerat, agendo de rebus suis, quam cum  
de obligatione agit alterius, l. 2. C. b. t. ubi Antoninus  
Imp. Senatusconsulti auxiliū denegat mulieri, quæ pro  
credитore se alii obligavit, fidejubendo pro eo, aut per de-  
legationem se ream vice creditoris constitudo, scilicet  
ad eam quantitatem, quam ipsa suo creditori deberet.  
Nam si ultra eam quantitatem intercederet, quin SCti  
exceptione se tueri possit, non ambigitur, cum in reliquo  
revera alienam suscipiat obligationem.

V. I.

Intelligitur autem mulier intercessisse, aut se pro alio  
obligasse. (1.) Si sine decipiendi animo, in jure inter-  
rogata, respondet se hæredem esse, cum tamen non esset  
l. 23. b. t. 2. Si alieno nomine in Arbitrum compromittat.  
l. 32. §. 2. de recept. 3. Si novatione facta, promittat, quod  
alius debet l. 8. §. 2. 6. b. t. vel constituat l. 1. §. 1. de const. pec.  
4. Si mulier creditori viri fundum vendidit (& tradidit) ea  
conditione, ut emptor acceptam pecuniam viro referret l.  
nlt. §. 2. ff. b. t. Et hoc procedit, sive ipse creditor emerit,  
sive interposuerit alium, d. l. ult. §. 2. 5. Cum delegata est  
a non creditore ei, qui scit, aut scire potuit eam se exce-  
ptione tueri posse, & proinde deleganti verè non esse  
obligatam. arg. l. 8. §. 2. vers. Marcellus autem. l. 17. pr. l. 19.  
§. ult.

E A

5. art. l. 24. pr. h. t. l. 19. vers. diversim. de Novat. 6. Si ex intercessione debitrix solvit, aut delegari se per juris ignorantiam passa est creditori l. 8. §. 2. 3. b. t. l. 9. C. b. t. facit l. 9. p. de juris & facti ignor. 7. Si mulier, ne ipsa intercederet, alii mandet, ut pro alio intercedat l. 6. 7. & ult. §. 3. b. t. 8. Si rem suam, vel sibi obligatam, pro alio det pignori. l. 8. pr. l. 5. 7. 11. C. b. t. 9. Si fraude creditorum adicrit hereditatem, ut eis alienum susciperet. l. 24. pr. h. t. Item, si heredi dubitanti non nomina debitorum idonea sint, mulier promiserit se praestitutam, quanto minus a quoquo eorum conservari possit l. 19. §. 4. b. t. 10. Si creditor, qui cum alio contrahere proposuerat, mulieris personam elegit: intelligitur mulier intercessisse l. 2. §. 1. ibi & mutui dationes. l. 8. §. 14. l. 12. l. 28. §. ult. l. 29. b. t. l. 14. l. 19. C. b. t. 11. Si tutori se excusare volenti mulier indemnitatem promittat l. 6. vers. fin. autem C. b. t. Si in causam communem, quae separatis expediri potuisset, veluti in emptionem, communi nomine pecunia mutuo sumpta, à muliere & altero debitore, & correi in solidum sint constituti, ex parte est intercessio, l. 17. §. ult. vers. at si in aliquam ff. b. t. 13. Si pro debitore Titius & mulier correi sint facti l. 18. b. t. l. 48. princ. de fidejuss. & mandado l. 14. Si cum esset debitrix pecuniam promisit, ne delegetur. l. 24. §. 1. b. t. 15. Si fidejussit pro aliquo. l. 3. C. b. t. l. 3. 48. de fidej. 16. Si intercessit pro eo, qui obligari non potest, aut potest restituiri l. ult. §. ult. l. 8. §. ult. l. 9. b. t. 17. Si apud minorem pro alio, qui tamen solvendo est, mulier intercesserit. l. 12. de minor. 25. ann. facit l. ult. pr. h. 18. Si tutelam suscepit, nam & in tutela species est intercessionis arg. l. fin. C. quando mulier Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5. Ex quibus omnibus apparet, sive re sive verbis, sive quocunque alio contractu mulier intercesserit, exceptioni locum esse d. l. 2. §. 4 ff. l. 18. C. b. t. Idque sine distinctione personarum, pro quibus intercessio facta sit, licet pro filio l. 3. C. b. t. l. 1. §. 1. de appell. recip.  
 0102 aux

## 8 DISPUTATIO JURIDICA

aut defensore filii absentis *l. 6. l. 7. pr. b. t.* aut patre *l. 8. C. b. t.* aut alia muliere *Paul. l. 2. sent. 11. vers. 1.* & præcipue quidem, si pro marito intercesserit mulier, *l. 2. pr. l. 17. l. ult. §. 2. C. b. n. l. 3. l. 7. l. 10. l. 14. l. 15. Nov. 134. c. 8.*

## V I I I.

Visis his speciebus intercessionis, quas enumerasse sufficiet; nunc in auxilium & beneficium SCti porro inquirendum. Id auxilium duplex est. Nam hic & mulieri succurritur, & succurritur creditor. Dicit Senatusconsultum, ne in eam eo nomine petitio, actiove detur: totidem pene verbis, quibus haec ipsa SCto Macedonia-  
no denegantur. *l. 1. ff. de SCto Macedonio.* Ne petitio  
actiove, id est, ne actio sive in rem, sive in personam ad-  
versus mulierem hæredemve ejus detur. Nam petitio in  
rem actio est; actio in personam *l. 28. de obl. & aet. l. 128.*  
*§. 2. ff. de verbor. signific.* Hæc autem verba, ne qua petitio  
actiove detur in mulierem ob intercessionem, hanc signifi-  
cationem habent, ut si constet mulierem se obligasse  
non pro se, sed pro alio, idque extra eos casus, in qui-  
bus cessat auxilium Senatusconsulti, ne omnino detur  
actio in mulierem. Quod si ambigetur, utrum obligarit  
se pro se, an pro alio, aut an interveniant aliquæ excep-  
tiones, detur quidem actio in mulierem, sed & mulie-  
ri detur Senatusconsulti exceptio, qua probata non te-  
neatur. Et hoc sic explicat Ulpianus. circa Edictum de  
jurejurando in *l. 9. pr. ff. de jurejur.* Nam edictum de jure-  
jurando, de actione non dando iisdem verbis conceptum  
est, quo Senatusconsultum Vellejanum. Pollicetur enim  
Prætor se in eum, qui jurasset, actionem non daturum  
*l. 7. ff. d. t.* Quæ verba interpretans Ulp. in *d. l. 9.* ita  
scripsit, posteaquam juratum est, denegatur actio, aut si con-  
troversia erit, id est si ambigitur, an jusjurandum datum sit, ex-  
ceptioni locus est. Quæ definitio quoque locum habet in  
SCto

SCto Macedoniano. Vid. l. 7. l. 10. l. 11. l. 19. ff. de SCto  
Maced. l. 1. C. cod.

## I X.

81 Hac exceptione ob intercessionem , mulieri constituta sequitur ea , quæ sunt in vi hujus exceptionis . Vis duplex , Una , qua sit , ut non modo exceptio mulieri competit ; sed & transeat ad omnes , ad quos eadem obligatio intercessionis pertinet , heredes puta . l. 7. 14. 20. C. b. t. Menoch. lib. 3. præsumt. 103. No. 18. Quod tamen limitatur , nisi defuncta mulier heredi prohibuerit expresse vel tacite , ne ista exceptione uteretur . Joh. de Sande Lib. 3. deo. Fris. Tit. 11. def. ult. Competit fidejussori mulieris intercedentis l. 14. C. b. t. , licet donandi animo intercedat . l. 16. §. 1. ff. b. t. Quia totam obligationem Senatus improbat , & exceptio hæc rei cohæret . l. 7. §. 1. ff. de except. Zang. de Except. p. 3. C. 11. N. 18. Item competit ei qui pro muliere intercedente pignus dedit . l. 2. ff. qua res pign. Competit & procuratori , qui mandato mulieris pro alio intercessit apud creditorem scientem l. ult. §. 3. b. t. ne , si exceptio ei non daretur , actio prior intercidat & mulier mandati teneatur l. 30. §. 1. b. t. sic & ei competit , qui cum mulieris debitor non esset , delegatus est à muliere . l. 8. §. 4. 6. b. t. Item ei , cui mulier , creditore ignorantie alterius gratia mutuatura pecuniam , stipulanti spopondit , & alteri numerare jussit l. 19. §. ult. b. t. Quæritur autem , si mulier cum alio sc. Masculo intercesserit , an hoc beneficium SCti prosit confidejussori ? Quod negamus , sed subducta persona mulieris , contra marem in solidum dari actionem Papinianus ait . cum is non ignoraverit , vel ignorare non debuerit mulierem frustra intercedere l. 48. ff. de fidejuss. & ita etiam apud Curiam Frisiae judicatum esse refert Sande Lib. 3. Tit. 10. def. 2. Sane si mulier & Titius socii sint , & in rem comp-

munem fidejussent, mulier tenetur pro sua tantum parte, & non pro parte masculi: quia pro parte masculi videtur intercessisse, dum se obligavit in solidum. *l. 17. in fin. ff. b. t.* Et ita intelligenda est subsequens *l. 18. ff. b. t.* nempe quod ibidem etiam mas & fæmina pro alio fidejussent in rem communem, & sic concilianda est. *d. l. 18. cum d. l. 48. ff. de fidejuss.* quæ aliter pugnare videntur.

## X.

Quæri autem, soler, an hoc SCrum prosit etiam illustribus fæminis veluti Reginis, Ducissis Comitissis, Abbatissis, aut aliis Regalia & jurisdictionalia habentibus, & ab Historicis posteritati commendatis, quales fuerunt Johanna Regina Siciliæ, Elisabetha Angliæ Regina, Maria Regina Hungariae, Margaretha Daniae Regina, & quales adhuc hodie reperiuntur multæ Abbatissæ in Imperio Romano Germanico, quæ vigore matriculæ, Imperii statibus annumerantur? Sed cum hæ mulieres virilia & magni momenti negotia recte sustinere, pro Tribunal sedere, jus dicere, commissiones perficere, arbitri officium suscipere, Laudum proferre legationis munus obire possunt *C. 42. de elec. in 6. C. dilecti. de arbitri. c. cum dilecta. de confirm. util. Schrader de feud. p. 12. Sect. 1. Num. 5. 6. Camill. Borell. de compromis §. 2. gl. 4. num. 6. Kirchner de legatis c. 3. n. 37.* nec in ejusmodi Heroinus facile aliqua imprudentia, aut imbecillitas consilii cadat, ut in tenuioris fortunæ mulieres, non temere DD. nonnulli volunt rationem SCti haud pati, nt illarum intercessio irrita sit.

## X I.

Altera vis exceptionis Vellejani in eo est, ut mulier, quæ intercessit, si auxilio Senatusconsulti se munitam igno-

ignorans solverit, possit solutum repetere l. 9. C. b. t.  
Cominune hoc omnium exceptionum perpetuarum, ut  
qui unam aliquam ex his habet, quasi verè non debeat,  
si solverit per errorem, repeatat l. 40. ff. de cond. indeb. Se-  
cūs si sciens solvit, per l. 9. C. de cond. indeb. l. 1. ff. eod.  
Cur minus qui sciens solvit, quam qui ignorans; cum  
uterque pariter solvat indebitum, id est, dat ob eam eauf-  
sam, quæ nulla est? Redditur hæc ratio, quod qui igno-  
rans solvit, ideo solvit, quia putat se necesse habere sol-  
vere. Qui in hac opinione est, aperte non vult donare;  
Cūm nemo in necessitatibus liberalis existat, ut ait JCrus  
in l. 18. ff. de adim. leg. Qui autem cum sciat se non debe-  
re, id est, nulla necessitate cogi ad dandum, nihilomi-  
nus dat, intelligitur donare, ex definitione donati l. 17.  
ff. de bonis liberi. l. 82. ff. de Reg. f. Hinc regula juris; Cu-  
jus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati do-  
natio est. l. 53. ff. de Reg. f. Donati porro nulla repetitio  
l. 6. & 7. C. de cond. ob caus. dat. Illud vero proprium mu-  
lieris in hoc errore, quod masculi maiores ita repetunt  
indebitum solutum, si per errorem facti solverint l. 10.  
C. de jar. & facti ignor. non juris, uti volunt Vinnius, Boe-  
kelmannus, Huberus & alii; sed non est nostri instituti  
illam quæstionem hic excutere, mulier autem repetitio-  
nen habet, & si in jure errans solverit, idque est quod  
posuimus, eam repetere posse, etsi ignoret se auxilio Se-  
natusconsulti munitam; quod fit, non cum ignorat se  
intercessisse pro alio, cuius facti ignorantiam prætendere  
non potest l. 7. ff. b. t. Sed cum hoc sciens, putat se jure  
ex sua promissione obligari, ignorans Senatusconsulti  
auxilium in mulierum intercessionibus. Hoc ideo; quia  
juris error in damnis rei suæ mulieribus non nocet, non  
dico rei suæ amittendæ, sed & jam amissæ l. 9. ff. de juris  
& facti ignor. Nec metuemus, ne in hac repetitione  
obstet mulieri obligatio naturalis, quæ soluti solet impe-  
dire repetitionem l. 10. ff. de oblig. & action. Qui enim exce-  
B 2 ptio-

ptionem perpetuam habent, ideo habent; quia nec natura æquum est eos teneri, id est, quia nec natura obligantur. Præterquam si exceptio comparata sit in odium creditoris; qualis est Macedoniani. Quam ob causam & adversus eam exceptionem solutum repeti non placet. *I. 40. ff. de cond. indeb. l. 9. §. ult. C. l. 10. ff. ad SCium Macedon.*

**X I I.**

Sed quemcunque effectum liberationis superioris esse placet meminerimus nihil amplius esse in ea liberatione ex jure vetere, quam ut mulieri detur ea exceptio Vellejanæ, de qua agimus. Quæ res declarat, mulierem ex intercessione, etiam post Senatusconsultum Vellejanum, teneri ipso jure: quia non est exceptio, nisi adversus actionem jure constitutam pr. insit. de except. Et hoc quidem jus vetus fuit perpetuum. Justinianus effecit, ut interdum nec teneatur mulier ex hac causa ipso jure. Quod contingit I. Si mulier aliter quam instrumento publice confecto, & tribus testibus subsignato, intercesserit *l. 23. §. ult. C. b. t.* II. Si cum aliis accepisset mutuam pecuniam, scriptum sit mulierem accepisse *l. 1. C. b. t.* Ratio est in *l. 4. C. plus val. quod l. 21. C. de transactiōnib.* licet mulier subscripserit. *Authent. si qua mulier C. b. t.* III. Si quis res mulieris pro se sine mulieris voluntate pignori obligaverit *l. 5. pr. C. b. t.* IV. Si pro marito intercesserit. *Novell. 134. C. 8. Auth. si qua mulier C. b. t.* in qua specie jussit Imperator eam intercessionem plane nullius esse momenti, perindeque haberi, quasi hio neque factum quicquam, neque scriptum esset, idque sive privato, sive publico instrumento debitum caytum sit. Quibus verbis nihil aliud cayet, quam mulierem ex hac causa ipso jure non teneri, nec in eo desiderari auxilium Senatusconsulti, ut idem interpretatur in d. *l. 23. C. b. t.*  
*in fine.*

Ex

**XIIX.** mulier dñe intercessit l. 1. & iuramentum non habet nisi dñs. oportet illa dñe sua condicione. Ex ante dictis facile colligi potest, exceptionem hujus SCti prodesse dictis personis contra creditorem, cui mulier ex intercessione obligata est. l. 20. C. b. 1. & passim. & cum rei, uti diximus, conhærebat l. 7. §. 1. ff. de except. & sit perpetua l. 40. ff. de condic. indeb. Utique adversus heredes quoque creditorum competit, quemadmodum & exceptio dolii objicitur heredibus ejus, qui dolo fecit. l. t. §. 16. ff. de dolii mali & met. except. Potest quoque oppositi non modo contra actionem primo institutam, verum etiam contra actionem judicati, si modo, non exposta exceptione, mulier condemnata sit l. 11. ff. ad SCtum Maced.

## V X

## X I V.

Hactenus de auxilio quod Senatusconsulto Vellejano mulieri tributum adversus intercessionem, & de vi ejus auxillii. Alterum auxilium est, quod per occasionem prioris tribuitur creditori. Etsi enim succurratur mulieri SCto, aequum tamen visum est, creditori in veterem debitorem actionem dari, quia debitor magis mulierem decepit, quam creditor l. 1. §. fin. l. 24. ff. b. 1. l. 24. §. 3. l. 23. §. fin. C. eod. Quae actio appellatur Restitutoria l. 8. C. b. 1. l. 13. §. 3. ff. eod. & rescissoria l. 16. C. eod. Quod scilicet detur rescissa liberatione priore, aut rescissa intercessione l. uti. §. uti. b. 1. Subducta feminarum persona d. l. 8. C. l. 14. l. 29. ff. b. 1. Nec interest quomodo creditor propter intercessionem mulieris amiserit actionem, utrumne ipsa intercessione, ut cum novationis causa mulier obligationem in se transstulit; an vero ante intercessionem; ut cum prius creditor liberavit debitorem acceptatione, sic deinde mulier intercessit l. 8. §. 7. 9. l. 16. §. fin. b.

## 14 DISPUTATIO JURIDICA

*fin. b. t.* Statim autem competit hæc actio creditori, & si mulier quæ intercessit solvit & solutum nondum repetiit *l. 24. §. 2. ff. b. t.* vel etsi dies aut conditio, sub qua mulier promisit, nondum existat, *l. 13. §. 2. ff. b. t.* Quo enim bonum est, ut ait Iustus in d. l. expectare conditionem vel diem: cum in ea causa sit prior iste debitor, ut omnino ipse debeat suscipere actionem. Quid autem, si alius nulla veteri obligatione teneatur, sed mulier in se novam suscepit? v. g. Cum tibi pecuniam mutuam datus eram, mulier intervenit, & a me mutuam accepit, acceptamque tibi dedit? Iustus in *l. 8. §. pen. ff. b. t.* ait. *Datur in te actio, que inservit magis quam restituit obligationem: ut perinde obligoris eodem genere obligationis, quo mulier est obligata.*

## X V.

*V. IX.* Non tamen semper creditori datur restitutoria hæc actio. Denegatur illi, si pro tali debitore mulier intercesserit, qui vel ipse obligari non possit, ut pro pupillo, qui locupletior factus non est; aut pro eo, qui restitu potest, ut minor 25 annis; aut pro eo, a quo exigi non potest, ut filiosam, contra SCtum Macedonianum contrahente *l. 8. §. 15. ff. b. t.* Non datur quoque hæc actio, si mulier sic solverit, ut repeteret non possit, aut si mulieri, quæ ita erat solutura ne repeteret, accepto latum sit *l. 8. §. 10. ff. b. t.* Tunc autem mulier sic solvit, ut repeteret non possit, cum sciens se auxilio SCti munitam, solvit, ut indicat *l. 9. C. eod.* Est quoque denegandæ hujus actionis causa, si mulier, quæ intercessit, parata sit, judicium pro vetere debitore accipere, ne in eum actio detur *l. ult. §. penult. ff. b. t.* Hoc ideo, quia judicium pro alio suscipere ut cum liberes, liberationis genus est, qua non minus liberatur debitor etiam invitus, quam si quis pro eo solvisse *l. 23. ff. de solut.*

Resti-

XV I.

Restitutoria hæc actio non tantum creditor i datur ad-  
versus veterem debitorem , ut est in l. i. §. ult. ff. b. t. id-  
que si causa sit integra l. 14. ff. eod. Sed & in universum  
datur in omnes qui per intercessionem mulieris liberati  
sunt l. 8. §. 11. cod. Ideo ut in debitorem , ita & in here-  
des ejus successoresque omnes alios competit l. i. & 10.  
ff. b. t. Una cum debitore liberantur & accessiones , ut  
fidejussores & pignora l. 43. ff. de solut. quamobrem in fi-  
dejussores quoque debitoris restituiri hanc actionem pla-  
cket d. l. 14. Quod & in pignorum possessoribus intelli-  
gendum est. Item cum duo sunt rei promittendi , si  
unus per intercessionem mulieris liberatus sit , una quo-  
que & liberatur alter l. 2. ff. duob. reis §. 1. instit. eod. &  
hoc est , quod hic etiam placet , si pro uno reo interces-  
sit mulier adversus utrumque restituiri actionem creditori  
l. 20. b. t. Restituitur autem hæc actio non tantum credi-  
tori , sed etiam ejus heredibus , successoribusque omnibus  
l. 10. b. t. si tamen fuerint duo rei stipulandi , & apud al-  
terum mulier intercesserit , ei soli actio restituitur l. 8.  
§. 11. ff. eod.

XV II.

Persequitur hæc actio rem l. 10. ff. b. t. ut prior debi-  
tor tantum præstet , quantum præstaret , si mulier non  
intercessisset , l. 8. C. b. t. Pignora vero a priore debitore  
data non persecutur quia ad ea sufficit vetus Serviana  
l. 13. §. 1. b. t. l. 8. in fin. C. cod. Et quoniam hæc actio se-  
quitur naturam prioris actionis consequens est , si prior  
actio fuerit perpetua , ut restitutoria quoque perpetua  
sit , si prior fuerit temporaria , talis quoque sit nova l. 10.  
24. §. ult. b. t. & in temporia quoque actione tempora con-  
tinua

tinua numerantur post restitutionem, etiamsi statim competierit nova, quam primum mulier intercesserit d. l.

24. §. ult. b. t.

### XVIII.

Affinia & concurrentia remedia cum hac actione sunt;  
I. Actio Serviana de pignoribus, quae ad intercessionem accesserunt, si mulier intercedens pignoribus sibi caverit ab eo, pro quo intercessit l. 8. C. b. t. l. 29. ff. eod. tamen non tenentur pignora, quae ipsa dedit d. l. 29. II. Si mulier debitori heres extiterit, etiam directa actio habet locum l. 8. §. 13. b. t. & ceterus, quatenus scilicet heres est, conveniri potest. Mansius de fidej. C. 3. N. 24. III. Cessante restitutoria datur condictio acceptilationis l. 8. §. 8. b. t. IV. Rei vindicatio, qua mulier rem, ex intercessione causa pignori datam, vindicat, & a creditore & a emptore, qui creditore vendente emit, & vindicat liberare, non refuso pretio; & vindicat una cum fructibus, & omni causa, l. ult. §. 1. b. t. l. 7. C. eod. l. 39. §. 11. 40. de revind. l. 11. C. distr. pign. V. Condictio liberationis l. 8. §. 2. in fin. ff. b. t. Aliaque remedia de quibus vid. Wesenbec. aliosque DD.

### XIX.

Jam tempestivum est monere auxilium Scti Vellejani non esse perpetuum, sed aliquando deficere. Unde vindredi casus quibus hoc accedit. I. Dicimus hoc contingere, si mulier iudicio defendat eum, qui contra eam regressum habere possit l. 3. b. t. Vigl. ad l. 1. b. t. II. Si (uti ante dictum) sciens se Senatusconsulti ope defendi posse, pro extraneo vel pro marito solvit l. 4. §. 1. l. 5. 8. §. 3. 5. b. t. l. 1. 4. 9. C. eod. quia Senatus obligata mulieri succurrere voluit non donati, aut si sine praecedente inter-

intercessione delegavit suum debitorem l. 5. 8. §. 3. 5. 1.  
 19. §. ult. Versic. sicuti. l. 4. C. b. t. IH. Si pignus remiserit  
 l. 8. pr. b. t. l. 22. C. eod. Mev. p. 3. Dec. 84. N. 4. quod  
 etiam fit, si id reddiderit debitori d. l. 8. pr. l. 11. C. eod.  
 vel creditori posteriori, qui ignorans alienam pecuniam  
 mulieri deberi, mulieri ex unius debiti causa solvat, tem-  
 poris prærogativam cedat. l. 17. §. 1. b. t. IV. Si sciens se  
 heredem non esse, in jure interrogata, heredem se esse re-  
 sponderit, quia sciens decepit l. 23. b. t. V. Si hereditatem  
 alicujus sine fraude creditorum adeat l. ult. pr. b. t., aut  
 hereditatem emat l. 13. in fin. princip. b. t. licet de-  
 bitores hereditarii solvendo non sint l. 19. §. 3. b. t.  
 si apud cum, pro quo intercessit, intercessisse videtur:  
 velut si tutoris heredi persuadeam, ut tutoris heredita-  
 tem adeat, ex qua pupillis heres tutelæ actione præsta-  
 re quid teneatur. l. 19. pr. §. 2. b. vel tutori mandet im-  
 miscere se hereditati, a qua ipse abstinet pupillum, ea-  
 que de causa aliquid pupillo præstiterit d. l. 19. §. 2. b. t.  
 VII. Si creditor ignorans mulierem intercedere velle,  
 cum ea ab initio contraxerit; plurimum enim interest,  
 utrum cum muliere quis ab initio contrahat, an alienam  
 obligationem mulier in se transferat l. 17. pr. b. t. hoc enim  
 casu diligentius debet inquirere creditor, priori non item,  
 ratio est in l. 11. b. t. fac. l. 24. §. 1. de minor. l. 8. §. 1. ff. de  
 administ. tut. l. 3. §. 5. de Carbon. edit. vide porro l. 4. pr. l.  
 l. 12. 17. pr. l. 19. §. ult. l. 27. 28. §. ult. ff. b. t. l. 10. 13. C. eod.  
 VIII. Si mulier alteri donatura ejus creditori solvat l. 4.  
 §. 2. b. t. Si ex liberalitate pro patre condemnato solvit  
 l. 21. §. 1. b. t. aut dotem promiserit l. ult. C. b. t. l. 41. pr. de  
 jure dot. Sive illa mulier sit propria filia, l. 12. C. b. t. l. 32.  
 §. 2. ff. de cond. indeb. Sive etiam quilibet extranea d. l. ult.  
 C. b. t. verbis qualibet muliere, aut res suas obligaverit do-  
 tis constituendæ causa l. 12. C. b. t. & est hoc inductum  
 favore dotis, ut ipse Justinianus in d. l. ult. C. b. t. diserte  
 testatur. Cujus favoris ratio redditur in l. 1. ff. solut. mat-  
 triis.

trim. IX. Et in genere, si mulier de lucro agit, l. 15.  
b.t. aut cum pauperior non sit l. 21. b.t. forte dum solvit  
venditori l. 28. pr. b.t. plura exempla sunt in l. 3. 13. pr.  
l. 17. §. ult. l. 25. §. ult. b.t. vel cum debitor mulieri solvit,  
quod alii debet, & a muliere stipulatur creditorem remi-  
ratam habituram l. 15. b.t. vel pro creditore se alii obli-  
gavit: vel a creditore suo, vel se debitorem suum dele-  
gari passa est l. 2. C.b.t. vel a creditore suo delegata pro-  
mittat pro eo, cui delegata est l. 24. pr. b.t. vel pro eo,  
quem creditori suo delegavit, intercessit l. 27. §. ult. b.t.  
vel servo suo credi jussit l. 25. pr. b.t. vel pro eo in ne-  
gotio suo fidejussit d. l. 25. §. 1. b.t. Et debitor mulieri  
dederit pecuniam meam, ut pro ipso solvat, vel promis-  
tat l. 22. b.t. Sande. lib. 3. Tit. II. def. 1. vel is pro quo  
mulier intercessit, id quod promisit mulier eidem præsti-  
tit. l. 16. b.t. Si ei pro quo intercessit mulier heres existit  
l. 95. §. 2. Versicul aliquando, de Solutionibus l. 8. §. 13. b.t.  
X. Si mulier neque veterem, neque novam obligationem  
alienam suscipiat, sed ipsa obligationem fecit, veluti in-  
demnitatem tutoribus promittens, ne prædia pupillorum  
distrahantur. l. 8. §. 1. b.t. vel si tutores petiunt, & sponte  
periculum suscepit l. 6. C.b.t. XI. Si mulier deceperit  
creditorum, puta si mentita sit negotium suum esse, de  
quo agebatur, non alienum, & creditor ignoravit:  
aut si permiserit alicui, ut alii, sive marito, sive extra-  
neo, res quæ mulieris erant, tanquam suas obligaret l. 2.  
§. 3. l. 13. l. 20. ff. b.t. l. 5. C. eod. ductum ex Sententia Se-  
natusconsulti, quo infirmitati mulierum succurritur, à  
quo longe abest factum ejus, quæ creditorem decipere  
voluit. Hinc illæ sententiæ veterum in eam rem notatu-  
dignæ: deceptis, non decipientibus jura opitulantur item  
infirmitas fæminarum, non calliditas auxilium meruit,  
& infirmitati non calliditati mulierum consultum est Sena-  
tusconsulto d. l. 2. §. 3. d. t. d. l. 5. C. eod. XII. Si aliquid  
pro intercessione accepit, idque vel instrumento scriptum  
fig.

fit tribus testibus subsignato, & publicè confecto, vel à creditore probatum l. 23. C. b. t. (quod late explicit Menoch. de presunt. lib. 3. pref. 21. N. 4. Ant. Tessaur. de cts. 222. N. 14. Joh. Sangerus de except. p. 3. C. 9. nulla enim hic imbecillitas vel infirmitas, nullum periculum rei familiaris, quando mulier intercessionis suæ præmium accipit, & augustissimum amplissimi ordinis privilegium pretio nummario æstimat, ac quasi de honestat argum. l. 1. §. 5. ff. de Extraord. cogn. id quod & in minus idonea muliere locum habet d. l. 23. §. 1. quamvis vero DD. quantitatem accepti arbitrio judicis committant arg. l. 1. pr. de jure Delib. Menoch. de arb. judic. lib. 2. Cas. 234. N. 3. Si chard. ad rubr. Cod. b. t. num. 10. Duar. Codic. b. t. Molin. de Justit. & jur. Dispñ. 40. Num. 17. malim tamen legem generaliter sequi, nisi forte admodum exiguum quid accepisset, quod contemni oportet, quanquam hoc præter legem. Vid. Zanger de Excep. p. 3. C. 9. N. 44. XIII. Si exceptioni Senatusconsulti Vellejani mulier renunciaverit, non tantum in judicio, sed etiam extra judicium. Quia enim hoc jus in favorem mulieris est introductum l. 40. ff. de cond. indeb. recte ei renunciat. Et cum à voluntate mulieris pendeat, an velit intercessionem irritam an ratam esse l. 31. ff. b. t. Cumque mulier & defensionem suscipiendo cavendoque l. fin. §. pon. ff. b. t. & solvendo, sic voluntatem suam declarare possit, re adjuvetur l. 8. §. 10. ff. b. t. quid ni expresse sic pacisci, aut renuntiare posset? Certe ex dictis constat in arbitrio mulieris esse, an velit SCto uti an non. Nec ullus juris locus, nec ratio ulla exigit, ut de eo in judicio testetur: quæ quidem communior & receptior est sententia, modo mulier sit certiorata de exceptione hujus Senatusconsulti l. 30. ibi cum scit se non teneriff. b. t. l. 9. ibi, ejus SC. beneficio muniam se ignorans C. b. t. Gail. lib. 2. obs. 77. N. 1. Pruckm. ad l. 9. ff. de statu hom. part. 2. art. 25. N. 11. Joh. Fr. Balth. Resolut. Caryar. 12. N. 11. Fach. l. 2. C. 60. Struv. th. 10. Joh. a Sande

*t. 3. Tit. 11. def. 6.* & hanc renuntiationem in privato instrumento fieri posse tradit. Franskius *b. t. N. 30.* Lauterbach: *b. t. §. 2. tb. 6.* A qua sententia tamen non pauci, nec exiguae auctoritatis Viri dissentunt, putantes saltem extrajudiciale renuntiationem irritam esse. XIV. Cestat Senatusconsultum si mulier intercessit, & biennio elapsō ab illa intercessione, pro eadem causa intercedat, sive cayendo, sive pignus, sive fidejussorem dando, tum enim ex prolixitate temporis non alienam, sed suam causam agere videtur *l. 22. C. b. t.* quia mulier in hoc casu præsumitur intercessisse in propria causa, quæ præsumtio est juris & de jure. Menoch, *lib. 3. præf. 21. N. 2.* neque opus hic certioratione, cum non agatur hic de renuntiations juris, sed de confirmatione prioris obligationis Menoch. *d. præf. 21. N. 3.* Hering, *N. 150.* Sane hæc constitutio non habet locum, quando prima obligatio est ipso jure nulla. Molina de *J. & J. Disp. 540. N. 16.* ut si pro marito intercessit Trentacing, *lib. 12. Tit. de fidēj. resol. 2. N. 2.* XV. Si mulier mariti ære alieno gravati, & a creditoribus vexati, malum ægre ferens, cum creditoribus pacta est, ut nomen mariti sibi pro certa pecunia summa venderent, se debitum illud cum bonis mariti jure retentionis, vel alio modo consecuturum, qualem casum defendit Hering. *de fidejuss. C. 7. N. 117. p. 175.* XVI. Si communem cum vi-  
rome negotiationem exerceat Gail, *2. obf. 90. N. 5.* XVII. Si juramentum intercessioni accesserit Treutl. *l. 1. D. 25. tb. 5.* Gail. *2. obf. 77. N. 10.* Mascard. *de probat. Concl. 1028. N. 2.* Denique cum mulier habens Jurisdictionem & regula fidejussiterit, ut supra diximus, ut si ea in  
exercitu in militum obnoxio, modo  
mutatio & recompensatio si exercitus  
in eo inveniatur. *l. 1. D. 25. tb. 5.* Gail. *2. obf. 77. N. 10.* Mascard. *de probat. Concl. 1028. N. 2.*

FINI S.